UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi Professoris Regii Erotemata Juris Canonici

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XXXIX. De Syndico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62934

Visual Library

vocatione mandati re adhuc integra, modò revocatio ad notitiam pervenerit non tantùm procuratoris, verùm etiam adverſarii vel judicis. III. Morte conſtituentis, etiam quoad negotia jam cœpta, vel cauſas, in quibus per eum ante mortem fuerit conteſtata lis. *l c. pen. h. t.* *c. 4. eod.* *Clem. ult. eod. t.*

De Syndico.

TIT. XXXIX.

Tit. hic eſt veluti appendix præcedentis, eique adhærere videtur, ob vicinitatem, quæ eſt inter Procuratorem & Syndicum.

In quo ergò Syndicus differt à Procuratore?

QUòd procurator ſit perſona privata, & quòd conſtituatur à domino ac privato; Syndicus verò ſit perſona publica auctoritatem habens agendi vel defendendi cauſas in judicio ab univerſitate, collegio vel corpore aliquo,

Quis conſtitui Syndicus poteſt?

Syndicus conſtitui poteſt, ſive ſit de collegio, ſive extraneus. Suadent tamen Sacri Canones Religioſis, ut conſtituto *c. Petitio 9 ſup. De procur.*

 ſtipen-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtipendio Syndicum extraneum eli-
gant qui cauſas monaſterii ſui agat;
c.un.h.t. cum expediat ſervos Dei etiam cum a-
liquo ſuo incommodo à ſtrepitu fo-
renſi abſtinere.

De his, quæ vi metuſve cau-ſâ fiunt.

TIT. XL.

Reſtitutio in integrum meritò inter e-
reputatur, quibus vel ante litem
illos, qui nos impetunt, repellere
limine judicii poſſumus, vel ſaltem
quibus cauſæ noſtræ fundamentum
ſtabilire licet, de qua Tit. hic ſpe-
cialis eſt.

Quid eſt Vis & Metus?

VIm definiunt majoris rei impe-
tum, qui repelli non poteſt. Metum
l.1. & 2. verò mentis trepidationem, ob inſtans
§.D. de eo vel futurum periculum. Rectè ſic, quia
quod met quamvis ſubinde unum pro altero ac-
cauſ. cipiatur, *Vis* tamen propriè intelligitur
quando externum agens neceſſitatem
voluntati contrariam alicui invito im-
ponit; *Metus* autem, quando vel vis, vel
c.5.h.t. aliud malum quidem concurrit, ſed ta-
men